



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Ivre Patronatvs. Titvlvs XXXVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

493
... ecclesiam, sicut melius eam secundum Deum vi-
ditur ordinandam. Et id ipsum etiam faciat, si de iure
patronatus suo sio emerit inter aliquos, & cui compe-
tatur quatuor mensibus non fuerit definitum.

CAP. IV.

Excommunicatus patronus laici, qui clericus instituitur & de-
claratur in ecclesia patronatus, vel bona ipsarum aliter admi-
nistrat. Et cetera, qui institutionem laicorum recipiunt, com-
municantur presentibus.

Ex eodem a.

Præterea quia in tantum quorundam laicorum pro-
cessu auctoritas, ut Episcoporum auctoritas neglecta,
clericos instituant in ecclesiis, & removeant, cum volue-
rint possessionem quoque atque alia ecclesiastica bona pro-
pria voluntate pleneque distribuant, ipsos anathemate de-
clarant, feriendos. Clericus autem, qui ecclesiam per
laicum sine proprii Episcopi auctoritate receperit, com-
municatio privetur: & si perstitit, a ministerio ecclesia-
sticæ & ordine deponatur.

CAP. V.

Si patronus laicus successivi presentat dicitur, & secundum insti-
tutum a Episcopo, vult institui. hoc dicit primo. Patronus non
potest iterum vel alteri ecclesie conferre ecclesiam patronatam, vel
aliam donare.

Alexander III. Eboracen. Archie-
piscopo.

Quodcumque e consiliis, si clericus idoneus ad vacan-
tem ecclesiam presentatus, non fuerit ab Episcopo
dilectio admittitur, & postmodum a laico idoneus pre-
sentatus, & militatus ab Episcopo, possessionem tenuerit
non impeditur: ut primo clericus ecclesiam petente de-
lectio posteriori remoueri, vel posteriori priori præferri
Dilectum non est, quin in casu isto melior sit conditio
posterioris: quoniam antequam presentatio per
dilectum Episcopum approbatur, ratum non est, quod
a patrono fuerit inchoatum. De cetero tux prud. resp.
quod si laici clericis vel collegiis, de concessione vel
donationibus instrumenta & consecrati in hæc verba vel
similia, concessi vel dedit ecclesiam, & presentis charta
firmata: si consensus Episcopi non accesserit, nihil sibi
videtur: quia pro non dato habetur, quod ab illo datus,
qui non potest de iure donare.

CAP. VI.

Comparatus vel emens ius patronatus, eo spoliarī debet. Vel se:
Dignus ius patronatus ut possit presentare filium vel nepotem, seu
quævis aliis, si privari debet, h. d. Et utraq. lectio potest sustentari.

Idem Eboracen. Episc. e

Quia clerici si quidam advocatias & ecclesiarum com-
munitates, vel quocunque modo possunt, adquirent, ut
postmodum eorum filii, vel nepotes ad eadem ecclesias
presententur: præcipimus ut id archiepiscopus inhibere procu-
rat. Et si eadem ad vocatibus taliter adquisitis app. post-
posita spoliantur.

CAP. VII.

Si patronatus consensus in aliqua universitate temporalium,
quodcumque ipsa universitate: etiam si universitas transierit in unam
quodlibet de eorum, nisi ius patronatus specialiter sit exceptum, h. d.
Et si non sit in casu, & quædam allegatur.

Idem Herforden. h. Episcopo, & Abbati de
Ford.

Præterea ius Salabrien. & Episcopi accepimus, quod
defuncta persona ecclesie de Laton. G. miles, qui

villam, in qua ecclesia sita est, a monasterio de Vinton.
ad firmam tenebat, ad eandem vacantem G. a clerico
cum predicto Episcopo presentavit. postmodum Abba-
tissa predicti monasterii alium presentavit eidem ad ec-
clesiam supra scriptam, quo nolente presentatum ab ea
recipere, apud Cantuariensem Archiepiscopum gravem
de Episcopo deponit questionem: [i & infra.] Man-
damus, quatenus si vobis constiterit, quod præfato mi-
liti præscripta villa fuerit non excepto iure patronatus
ad firmam concessa, vel antequam de iure patronatus
inter Abbatissam & militem controversia esset liborta,
præfatus Gui. in præscripta ecclesia per Episcopum ad
presentationem militis institutus fuisset: ei (dummo-
do alias sit idoneus) adjudicetis ecclesiam, ita quod si
Abbatissa obtineat adversus militem, illi de temporali-
bus debeat respondere.

[i Archiepiscopus autem qua visum sibi erat, quod factum
militis super presentatione præfata nullus esset momenti, prædicto
Episcopo in virtute obedientie injunxit, quod personam illam reci-
peret, & in possessionem induceret, quam Abbatissa sibi decre-
vat presentandam.]

CAP. VIII.

Si laicus clericus vel religioso loco concedi ecclesiam sine consen-
su Episcopi, non obstante tali consecratione, qua non valet ad ipsam ec-
clesiam cum vacaverit, poterit presentare, & eam alteri ecclesia de
consensu Episcopi poterit concedere. hoc dicit, cum ca. laici, & cap. sag-
gittare, infra, eod.

Idem Vintonien. Episcopo b.

Illud prætereundum e non duximus, quod si laicus
Episcopo inconsulto ecclesiam non vacantem conce-
dit religioso domui, & postea cum vacaverit ad presen-
tationem eiusdem laici clericus ibi fuerit per diocese. E-
piscopum institutus: prior concessio secundam institu-
tionem, quo minus habeatur rata & firma, non potest
aliquatenus impedire: cum illa concessio de iure nullius
potest esse momenti, tum quia de re non vacante facta
est, tum quia laicus sine auctoritate Episcopi nemini po-
test ecclesiam dare, licet religioso loco ius patronatus
conferendi liberam habeat facultatem. Si vero ius pa-
tronatus e vacante ecclesia religioso loco contulerit,
& aliquis sine presentatione fratrum eiusdem loci fue-
rit in ipsa ecclesia institutus, ejus secundam rigorem juris
est institutio irritanda.

CAP. IX.

Instituti in ecclesia patronatu per novos patronos mutari non pos-
sunt, nec vicissitudines ecclesiarum per eos fieri.

Idem eodem.

Quærimoniam: & infra. Absurdum videtur f o-
mnino, ut ad singulas patronorum secundum hu-
manam conditionem mutationes, ecclesiarum ordina-
tiones mutantur. Et vicissitudines ecclesiarum ab advo-
catis vel aliis præsumantur.


CAP. X.

Patronus ecclesiam clericis conferre non potest: & si contulerit,
potest hoc non obstante ad ecclesiam presentare vel emere.

Idem Eboracen. Archiepisc.

Ubi laici Episcopis & necientibus aut non con-
sentientibus ecclesiis clericis concedunt, in quibus
habent ius patronatus, & postea penitentia ducti, alios
ad eandem Episcopis presentant, & illi ad eorum præ-
sentationem in eisdem ecclesiis ab Episcopis instituuntur,

a V. al. VI. b Vinton. al. Vinton. c Ca. 10. eod. tit. in 1.
compil. & post concil. Later. p. 15. c. 8. vid. concil. Trid. sess. 14. c. 13.
d Ecclesiam. e Patronatus ius conferendi, & c. f Ca. 11. eod.
tit. in 1. compilat. & post concil. Later. p. 15. c. 7. g Ca. 12. eo.
tit. in 1. compil. & post concil. Later. p. 15. c. 3. vid. concil. Trident.
essatum supr. c. illud.



eorum debet institutio stare, qui auctoritate sunt Episcopii instituti, concessione priori (quæ nulla est) omnino evacuata. Non enim licet laicis clericos in ecclesiis praesumptione propria ordinare.

CAP. XI.

Religiosi vindicare vel retinere non possunt ecclesias sibi concessas à laico sine diocesani consensu, nisi legitime praescripserint, vel ipsa diocesani consenserint.

Idem Albarbas, Privatus, & clericus per Archiepiscopatum Eboracensem, constitutus.

CVra a pastoralis: [1 & 7.] Mandamus, quatenus ex donatione laicorum, nisi auctoritas diocesis Episcopi, & consensus ad sit, nullus vestrum aliquas sibi ecclesias vindicare praesumat, vel retinere taliter adquisitas, nisi legitima & fuerit praescriptione munitus, aut diocesani Episcopi habuerit postea consensum. Cum enim laici non possint in alios, nisi jus, quod habent, transferre, hujusmodi concessiones irritas penitus esse censuimus.

[1. Necessitate constringimur, & auctoritate nobis injuncta officii provocamus pro statu ecclesiarum, vigili studio satagere, & ne contra jura ordinem alicui conferri valeat, attentiori volumus sollicitudine providere. Inde est quod uniu. n. p. a. s. f.]

CAP. XII.

Si patrem ecclesie vacantis intra tempus à jure concessum non presentant, Episcopus ordinabit ecclesiam.

Idem Lingonen. & Episcopo.

SI vero ordinatio alicujus ecclesie ad tuam institutionem spectat, & pro controversia laicorum de jure patronatus inter se disceptantium prorogatur: Fas tibi sit appell. remota in eadem personam idoneam institueris: ita quod repræsentetur ab eo, qui jus evicit patronatus.

CAP. XIII.

Si jus patronatus ecclesie advenit ad exemptos, per hoc in nullo debet ladi jus Episcopale.

Idem Histricalini.

Cum seculum & reliqueritis: [1 & 7.] Prohibemus, ne cum ratione feudorum emptorum, aliterve adquirentur, vel etiam alio modo jus patronatus in ecclesiis parochialibus adquisieritis, Episcopo jus parochiale minuire praesumatis.

[1. Ut creator vestro passu in arce contemplationis placere, deest vos ab his que sunt obvia rationi abstinere, vel qua reproben- sioni subjacent, ne vestram opinionem vel famam valeant denigrare. Inde est quod uniu. n. d. i. r. i. v. per a. s. f.]

CAP. XIV.

Sine consensu patroni non potest quis ecclesiam occupare.

Idem.

EX infirmatione f. O. clerici accepimus, quod cum ei frater ejus jus patronatus, quod in quibusdam ecclesiis habebat, liberaliter contulisset: eas quidam sine ipsius assensu occuparunt, & detinent occupatas: [1 & infra.] Mandamus, quatenus, si est ita, earum detentores, ut eisdem prædicto clerico restituant per eum libere & pacifice ordinandas, monitione præmissa compellas.

[1. Quia agitur vestra interest, que minus ordinari à subiecto attendantur, ad restituendum transeuntem revocare, s. i. p. a. s. f.]

CAP. XV.

Non potest patronus ecclesiam sibi retinere, vel etiam alteri concedere propria auctoritate.

a Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. b al. longa. quam etiam vocem hie Histricalini cognovissent. & Lingonen. al. London. d Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lateran. par. 13. c. 12. & c. 16. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 13. f Ca. 17. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 14.

Idem a Admon. Episc. **C**onsuluit & nos: [1 & infra.] Cum hactenus Dei jure hæreticario teneri non possit. Non licet aliquatenus sustineri, vel clerici ecclesiis a parentibus fundatas, propria auctoritate detinentur, aut hinc inde aliquibus laicis concedant easdem. [1. Tunc frat. quid tibi succedam si de clerico, quod de consuetudine hæreticario jure sibi vendicant, nec nisi voluntate respondere, & de laico qui prescripsit ecclesiam suam vel suorum potibus suis dare nitentur.]

CAP. XVI.

Jus patronatus per se vendi non potest.

Idem.

De jure et vero patronatus: [1 & 7.] Mandamus, quatenus si R. illud comparavit (cum hæreticario sit vendi jus patronatus, quod est spiritualis) ad idem contractum illum irritum esse decernas.

[1. In præscripta capella, locidici par.]

CAP. XVII.

Patronus non potest sine Episcopi vel Regis consensu, hinc vel religiosi conferre ecclesiam, vel aliam spirituali.

Idem.

Nullus laicus decimas, aut ecclesiam, aut quælibet ecclesiasticæ juris esse, sine concessione Pontificis monasterii vel canonici conferat. Et si quatuordecim improbitatis vel avaritiæ causis consentiente Romano Pontifici nunciatur: & quod offensus, non ejus licentia offeratur.

CAP. XVIII.

Si quis Episcopus in ecclesia alterius diocesis, sine iurisdictione, status ad eo debet admitti, si est idoneus.

Idem.

Significasti & infra. Si Episcopi post patronatus suam præsentationem personarum ad ecclesiam patronatus earum pro ecclesiis sibi commissis admitterent personæ idoneæ, quas ad eas vacantes præsentationes sunt admittendæ.

CAP. XIX.

Institutus ad præsentationem ejus, qui tunc jus patronatus possidebat, removeri non debet, licet illud jus ab eo postea remaneat: sed si non possidebat, sed tunc remaneat, non eronus.

Idem Abbat. S. Albani.

Consultationibus f. & infra. Si quis clericus Ordinatio judice in ecclesia futuri institutionis præsentationem illius, qui ejusdem ecclesie ab eo tenetur, & postea jus patronatus alius evictus in manu institutus non debet ab ipsa propter hoc removere, nisi tempore præsentationis fuisset, qui cum præsentatione jus patronatus ecclesie possidebat, cum ea hoc & c. de jure debet habere, nullum in possessionem præsentationis generetur. Si vero non possidebat, sed tamen credebatur esse patronus, cum non esset, poterat tamen ecclesia removeri.

CAP. XX.

Valeat secunda concessio ecclesie, facta alteri ecclesie per Episcopum & patronum, non obstante prima facta per patronum suum.

Idem Eboracens. Archiepiscopo.

Svegestum g. est, quod cum ecclesie quædam de consensu domini fundi auctoritate Eboracens. Archiepiscopi ecclesie beati Petri Eboracens. concessa à Archiepiscopo sint in præbendam, canonici de Novodunum præsentationem illam irritare niuntur occasione donationis.

a Adm. al. Andrej. al. Andrej. al. Andrej. & Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 16. & Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 17. d Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. c. 11. & Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 13. f Ca. 13. ed. tit. in 1. comp. & post conc. Lat. p. 15. c. 14.

497
quam sibi adferunt prius factam. Unde licet in donatio-
nibus ecclesiarum requirendus sit & expectandus patro-
norum consensus: quia tamen ecclesia nisi auctoritas
intervererit pontificalis, canonice concedi non possunt:
significamus quod prior concessio, si cum adfensu patro-
ni, & auctoritate diaecelani a Episcopo facta est, aut e-
ius adfensus fuerit postea subsecutus, posteriori concessio
non perferatur, aliqui illa debet preferri, quamvis
potentius facta, quae consensu Domini fundi, & Episcopi
auctoritate fulcitur.

CAP. XXI.

De iure & beneficio rectorum, qui monitus non demittit ec-
clesiam sine consensu Episcopi sui concessam. h.d.

Idem Archiepiscopi & Episcopi per Angliam
constituti.

Relatum est, quod nonnulli occasione laicæ re-
novationis, non requisita Episcopi auctoritate, be-
neficia ecclesiastica sibi praesunt in parochiis vestris
indicare. Quoniam igitur huiusmodi personæ non
debet per otium, sed aliunde conficiantur, ac per hoc
indignæ sunt pastoris nomine, vel prærogativa gaudere:
re-mandamus, quatenus eos si communiter prædicta
auctoritate religionem (nisi Episcopi concessione & fu-
turi manui) ab officio reddatis, & beneficio alienos:
[i. & infra]

[i. & infra] sine se deservent, vinculo anathematis innodentur, &
si quis ad id quod supra scriptum tenentur, & tenentur faciant
deservent.

Laici possidentes ecclesiam excommunicantur. h.d.

Ad hoc quoniam quidam laici ecclesias possessioni-
bus spoliant, ut sic viros ecclesiasticos faciant coram se-
culari iudice litigare, vobis injungimus, ut id publice sub
terminacione curæ anathematis prohibere. Si quis
autem prohibitionis vestre contemptor extiterit, eum ex-
communicationis subdat.

CAP. XXII.

De iure ius patronatus intra sex menses non terminatur a
tempore vacationis, liber potest Episcopus sine presentacione eidem
responere. h.d. Sed intellige de patrono ecclesiastico: nam
de laico suffraganeus quatuor menses.

Idem.

Amisit & decet: & infra. Illas autem ecclesias, de
quibus patronatus controversia fuerit, si intra sex
menses, postquam vacaverint, non fuerit, & contro-
versia terminata, licitum tibi sit de persona idonea
ordinare.

CAP. XXIII.

Patronus ius patronatus propria auctoritate alienare non potest,
sed auctoritate aliquo tempore exagere, nisi tempore fundacionis
a benefico illius fuerit sibi reservatum.

Lucius III.

Patronatus quoniam advocati ecclesiarum ius advo-
cationis, donationis, vel emptionis titulo, aliisque pro-
pria voluntate contrahibus in alios transferre præsu-
munt, sicut in albertis, regium, & similia tanquam
venerunt iusticiis ab ecclesiis extorquentes: Presenti de-
cretum sine auctoritate, siue patroni, vel vice-
patroni, vel castrodes, vel quatuor dias habentes, seu quocun-
que alio nomine censentur, agra a manibus ecclesiarum
cessare, nihil quæ in ipsis præter antiquos & moderatos
rationes locorum Episcopis inhiatos exigere: aut si a-
liam exegerit & excommunicationis subdantur. Con-
trarius quoque huiusmodi, quos fecerint, vel facient in fu-
turo, vim aliquam decernimus non habere.

a. Vox Episcopi, deest in antiquis. b. Ca. 27. eod. tit. in 1. comp. &
p. 1. l. 1. c. 1. d. de iure. Trid. Sess. 14. de ref. ca. 13.
e. l. 1. c. 1. d. de iure. & qual. in 1. comp. e. Vox con-
municatio, deest. f. Ca. 29. eod. tit. in 1. comp. g. excom-
municatio.

CAP. XXIV.

In pluribus successivis presentati a parvo laico, Episcopo dicitur
gratificatus: sed in presentati a persona ecclesiastica, parvo est præ-
sentatus, hoc dicitur, specialiter: & est unum de principibus
vobis cap. 1. m. d.

Idem Novorum Episcopi.

Quoniam autem a advocatus clericum idoneum Episcopo
presentaverit, & postulataverit postmodum eo non
refutato, alium aequè idoneum in eadem ecclesia admit-
ti: quis eorum alteri præferatur, iudicio Episcopi cre-
dimus relinquendum, si laicus fuerit, cui jus competit
presentandi. Verum, si collegium, vel ecclesiastica
persona presentacionem haberet, qui prior est tempore,
iure potior esse videtur.

CAP. XXV.

Ex constructione ecclesia facta de consensu Episcopi acquiritur
ius patronatus, hoc primo. Patronus non eligit prælatum in con-
ventuali ecclesia, sed in capella sic, hoc secundo. Patrono debetur
processionis honor, & alimentatur ab ecclesia, si vergat ad inopiam,
hoc tertio. Et iste textus est de principibus vobis.

Clemens III.

Notandum est: [i. & infra] Inquisitione totale
damus & responsum, quod si quis ecclesiam cum
adfensu diaecelani constituit, & ex eo ius patronatus
adquirat. Ceterum in conventuali ecclesia non electio
nisi prælati faciendæ, sed iam factæ, honestius patroni pos-
sunt adfensu, nisi aliter de sua iurisdictione obtineat,
ut parres suas interponere debeat electioni tractan-
dæ. Secus tamen est in capella, in qua unus presbyter a
patrono eligitur, & pro institutione habenda loci Episcopo
presentatur. Pro fundacione quoque & ecclesie
honor processionis fundatori servatur: & si ad inopiam
vergat, ab ecclesia illi si modeste succurritur, sicut in fa-
cris est canonibus institutum.

[i. & infra] Præterea quævisi a vobis, si aliquis efficitur ius construc-
tione patronus, vel si ad electionem plebanus se cum clericis admitti-
tendus, seu ab ipsa repellendus omnino, tametsi de longa consuetudine
allegaverit se electionis interesse debere.

CAP. XXVI.

Patronus ecclesia vacantis quinquaginta dies clericus ad eam se præ-
sentare non potest.

Innocentius III. Ratismanen. Archiepi-
scopi.

Per nostras & postulasti literas edoceri, utrum cler-
icus ad vacantem ecclesiam, in qua ius obtinet patro-
natus, seipsum (si est idoneus) valeat presentare. Cum
igitur nullus se ingerere debeat ecclesiasticæ prælationis
officiis: respond. quod nullus se potest ad personatum
alicujus ecclesie presentare, quantum fuerit idoneus sit,
& quibuscunq; studiis & meritis adjuvetur.


CAP. XXVII.

De iure ius patronatus inter patronos non definitur intra qua-
tuor menses, Episcopus ordinabit ecclesiam sine præiudicio eorumdem.

Idem Convocent. Episcopi.

Quoniam propter discordias laicorum: [i. & infra] Fr. &
mandamus, quatenus si de iure patronatus quæstio
emerit inter aliquos, & ab eo, cui competit, intra qua-
tuor menses non fuerit definitum, extunc ecclesiam i-
psam de persona non differas idonea ordinare: ita quod
illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium generari,
qui ius evicerit patronatus.

a. Ca. 30. eod. tit. in 1. comp. & post com. Lateran. p. 11. c. 1.
& Lomb. de iure patr. art. 19. q. 7. p. 2. lib. 2. & art. 13. q. 6. p. 1. l. 1.
b. Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. vid. com. Trid. Sess. 14. de ref. ca. 13.
c. 1. & Sess. 15. de ref. ca. 9. c. ad. h. altior resp. d. de constructione.
e. Vox ecclesia, deest in antiquis. f. moderatè. g. Ca. 1. eod. tit.
in 1. comp.



[Non debeat ecclesie prejudicium generari, grave perimus & indignum, quod sicut nostro est. Apollonius referatur, occasione diffinitionis, qua de jure patronatus vertitur inter eos, & ecclesie plus debet remanens viduata relictibus, quod in ipsarum grave dampnum nocitur redundare. Verum quoniam secundum Apostolum instantia nostra quotidiana est, omnium ecclesiarum subsidio continua, volentes his qua praeferimus ex debito Pontificali officio obviare.]

CAP. XXVIII.

Legatus de latere ecclesiam, cujus alia ecclesia est patronus, collationem suam reservare potest, licet non vacet, & conferre cum vacat, hoc primo. Ex duobus presentibus a patrono laico, potest superior instituire secundum, hoc secundo. Et sic quoad intellectum iste textus habet duo dicta, licet quoad litteram ambo commiscantur.

Idem Archidiaconi & cancellarii Alitissiodoreni.

Cum dilectus filius: [1. & infra.] Cum Hostiensis Episcopus, tunc sed. Apostol. leg. Archidiacono Carnotensi, mandaverat, ut ecclesiam, quam in Archidiacon. suo primo vacante contingeret, donationi suae servaret, inhibens ne alicui conferret eandem: de qua G. b. clerico disposuerat providere, & ecclesia de Berovilla sibi vacasset, idem Archidiacon. contra mandatum ejusdem legati, ad ipsam G. Subdiacon. praesentavit: cupis facto ab eodem legato cassato, ipsa praefato G. concessit ecclesiam sibi vacantem: [2. & infra.] Vacante vero quadam praebenda in ecclesia sancti Martini Carnotensi. diceces. Episcopus dictam ecclesiam ad praesentationem Archidiaconi clerico, praebendam vero praefato G. assignare curavit. Unde ipse H. supplicabat eandem sibi ecclesiam confirmari, utpote quam ad praesentationem Archidiaconi. veri patroni se dicebat adeptum: [2. & infra.] Nos igitur attendentes, quod etiam praefatus Archidiacon. memoratum C. tanquam laicus, & ad illam ecclesiam praesentasset, quia tamen per dicecesanum admissus non fuit, sed dictus H. ab eodem Archidiacon. praesentatus, a dicecesano Episcopo institutus, iuxta statutum Alexandri Papae, non primus, sed secundus jus est affectus in ecclesia memorata, & si Archidiacon. praesentatum G. tanquam clericus praesentavit: quoniam in eo, quod tanquam clericus faciebat, suberat jurisdictioni legati: unde postquam idem legatus donationem illius ecclesiae sibi decreverat reservandam, ad eam tanquam clericus non potuit quempiam praesentare: praesentationem ipsius minus canonice factam decernimus irritam, & ea non obstante concessionem ejusdem ecclesiae factam praenominato H. pronunciamus canonicam extitisse, adjudicantes eidem praefatam ecclesiam cum fructibus medio tempore perceptis ex ea, plene ac pacifice possidendam: praedicto G. super hoc perpetuum silentium imponendo.

[1. Magister V. Valterus de Pisis, pro se ipso, & Magister H. de Romano pro Decano de Alveoli pro ecclesia de Beauville irruentem litigaverunt, dil. si. in. g. S. M. in partem Diacon. Cardin. concessimus audientem, in cuius praesentia idem Magister proposuit, quod.]

[2. Contra procurator Decani respondit, quod & si dictus legatus donationi sua reservare mandaverit, primo in Archidiaconatu Carnotensi ecclesiam vacantem vel vacaturam: circa tamen praedictam ecclesiam facere hoc de jure non potuit, quia talis potestas sibi minime pertinebat vel competeat, cum praesentatio clericus ad illam ecclesiam non tanquam clericus, sed quasi laico ratione patronatus, non jure Archidiaconatus eidem Archidiacono pertineret: unde cum inhibitionem ipsius in hoc idem Archidiacon. custodire

a Ca. 3. eod. tit. in 3. compilation. vid. concil. Tridentin. Sess. 24. de reform. ca. 19. ubi hujusmodi reservationes videntur prohiberi. b V. c. Clericus in patronatu laico conferre, ut laicum, vid. apud. Albert. de Rosa, in l. fin. C. si contra ius vel util. public. d decretum, & vox, utiam, deest in omnibus antiquis exemplaribus.

minime tenetur, aliam non ad eandem ecclesiam, a jure praesentare, ac praesentatio eius debeat ex qua de praesentatione illa est, firma conferre.]

CAP. XXIX.

Si laicus patronatus duo successore praesente, vel praesente de secundo non obstante applicatione prae facta per patronum, si possit tamen qui malitiose praesentatum repulsi, eidem in competens iudicio praevidere compellitur: Et in hoc libro est infra. Idem. Elm. Episc.

Parochialis a officii: & infra. Postulasti clerici ad aliquam ecclesiam, a patrono laico praesentatus, si dicecesanus Episcopus ipsum non dicitur admittendum, ex huiusmodi praesentatione, aliquid adsequatur in illa. Et si forte idem ad sedem apostolicam appellaverit, & post appellationem ab ipso impetit, idem patronus alium curaverit praesentare, aliquid in illa: & Episcopus praesentatum, ut supra praesentata ecclesia debeat amoveri. Nos igitur Alexander leg. vestigiis inhaerentes, qui inter praesentatos a clerico laico patronis distinguens, inter praesentatos a laico praesentationem possidentis censui meliorem: dicitur quoniam praesentatio praesentati, secundo loco à laico patrono, non obtinet firmitatis. Verum tamen constitutum, ut Episcopus, qui praesentatum idoneum malitiose contempsit admittere, & ad providendam eidem in competens officio compellatur: quatenus praesentatus in eo, in quo praesentatio non est dubium deliquit.

CAP. XXX.

Si ad praesentationem veritatis ad trinitatem esse debet ordinatus patronus, qui non confugit, ad ipsam non potest praesentare.

Idem e. Avinion. Episcopi.

Postulasti per d. sedem apostolicam edocuit, inter rectores parochialium ecclesiarum quosdam, qui content ad suarum ecclesiarum titulos ordinatos, cum electione talium ad ipsos rectores pertinet, ut in illis patronos: & si in his patronorum non est equum ad sensum, utrum jus illis laicum maneat eligendi, cum ipsas ecclesias vacare contingit, initiali dignitate non sint aliis praesentandi? Ad quod breviter respondit, quod per intulacionem huiusmodi nullam potest praesentationem generari: quoniam possit alio ad illas ecclesias cum vacaverint praesentare, nisi de patrono processisset ad sensum.

CAP. XXXI.

Patronus etiam clericus ecclesiam vacantem conferre potest, & si contulerit, potest ad sensum ad illam praesentare. Gregorius IX. Archiepiscopi. Eboracen.

Transmissa ad nos tua littera continens, quod capitulum Eboracen. ecclesiam de Goussier vacantem, in qua ius obtinent patronatus, a clerico concessissent, ipsi postmodum L. clericum in illa ad sensum ad sedem apostolicam intercesserunt. Et infra. Concilium. t. respon. quod cum ex vi iuris patronatus non obtinet, sed praesentatio pertinet ad patronum praesentatum, ei a liquid non obstat canonicum, nullatenus praesentatio poterit, utpote ponere.

a Quae super tribus titulis & libri quod hic dicitur. Ca. 4. eod. tit. in 3. compilat. vid. Archidiacon. in d. de patrono. c. 7. Geminianum in c. per simulationem, in d. si. Episc. in l. fin. de iure par. 8. in quib. b in iuribus, c. ad. de iur. in d. eod. tit. in 3. compilat. vid. Henr. Bouch. & Lambert. de iur. patronat. ar. 1. q. 1. p. 3. lib. 2. & ar. 8. q. 2. lib. 2. c. generalis. d. de iur. rep. in d. d. quod facere potuerunt, sed confugendo, quod non possunt.